UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

1 Fallit 1. quando litteræ non ſunt ſigillatæ. ſecundum Io.de Imo.in c.poſt ceſſionem de probat. & glo.not.in l. ſi procuratorem in uerſi.intelligendum.ff.de procurat. & dom.de Rota deci.248.incip. Item ꝙ uoluerunt.

2 Fallit etiam quando conſuetudo loci & ſtilus curiæ aliter ſuaderet, quia ſtilus & conſuetudo eſt obſeruanda. In noc.in c.1.de procurat.Ang.conſi.52. Alex.conſi.119.nu. 10.uol.6.immo dicit Alex. ꝙ plus operatur conſuetudo, quam ſtatutum ꝙ not.

3 Fallit etiam quando tractaretur de maximo præiuditio ſcribenti, quia nulla ſibi fides eſſet præſtanda propter ſuſpitionem, & ad præiuditinm alterius. Ita Deci. in d.c. poſt ceſſionem.nu.27.& 34.max. in iudicialibus.

4 Fallit etiam quando contra iudicem ſcribentem eſſet ſuſpitio fraudis. Ita Deci.in d.c.nu.35. de qua ſuſpitione maxima & fidelis fieri debet indagatio. ſecundum can. in c.1.de procurat.& dom. de Roth.dec.10.

REGVLA LXXXI.

1 Locutio indefinita regulariter ad futura porrigitur.l. ſi.C. quæ res pig.obl.poſſ. Bar.in l.ſi ita.ff. de aur. & arg. legat.c.quia circa de priuileg.

1 Fallit in iuramento quia quamuis ſit generale, non tamen ſe extendit ad futura & hoc propter periculum periurii, & quia eſt etiam ſtricti iuris, ſecundum Hoſt.in c.penult.de iureiur. & ibi Abb. & Barba.& Cal. in c.cum contingat de iureiur.

2 Fallit etiam in fauorabilibus ſecus uero in odioſis. ſecundum Bal.in l.ſi ex toto.§.i.ff. de leg.i. ubi ſi quis promittit non offuſcare domum alicuius intelligitur de præſentibus & non de futuris.

3 Fallit in pactis ubi indefinita non ſe extendit ad futura. Ita Deci.in c. cum omnes nu.1. de conſtit. & in conſi.30. nu.4.& conſi.33.nu.4. & Bal conſi.384. ſtatuto.nu.4.uol. 5.& idem Bal.conſi.498. de detractione.nu.5.in fine.uol. 1.ubi prohibitio alienandi facta tirio, non ſe extendit ad

 filios

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filios naſcituros, quia habet cauſam prohibitionis perſonalem. Ideo ad futuram prolem non ſe extendit.

REGVLA LXXXII.

1 Libri doct. & ſcholarium ac eorum ueſtimenta non ueniunt in generali obligatione bonorum ſuorum. ut doct. in l. obligatione generali. cum l. ſeq. ff. de pignorib.

1 Fallit hæc regula niſi in conuentione dicatur, ꝙ omnia bona ſua obligat. & ea præſertim quæ ſpecialem mentionem exigit, ac requirit. Iſta fuit ſecura recordatio ad limitationem d.l. obligatione generali. ff. de pign. pro ut eleg. Matth. Math. in ſing. 136. not. unum nu. 2. & 3. & in hoc uide neguſa. in tract. de pignor. in 3. membro 2. partis num. 37.

2 Fallit etiam quando quis habet ſpecialem obligationem, quia ſpecialis non derogat generali. ſecundum Bal. in l. ſi generali. C. quæ res obl. poſſ. quando maxime per eam eſt ſibi ius quæſitum ut not. ibi Bal.

3 Fallit etiam in fiſco, quia omnibus creditoribus anteponitur. ſecundum Bal. in d.l. ſi generali circa medium, ꝙ not. quia pacta inter contrahentes non nocet fiſco. ſecundum Odof. & doct. in l. i. C. de fund. pat. nu. 1.

REGVLA LXXXIII.

1 Libellus non exhibetur in iuditiis datiariorum. Ita Bal. in conſi. 238. in princ. uol. primo, ratio eſt, quia ſi conductores datiorum inquietarentur iuris mediis. nullus unque reperiretur, qui datia conduceret. ſed ipſi procedunt & offerunt capturam: carceres, & rerum retentionem, pro ut Bal. in loco præallegato, ꝙ not. quia coram iudicibus datiariorum non proceditur uia ordinaria, ſed ſummariæ uia prædicta.

1 Fallit hæc regula niſi aliter ex forma ſtatuti, ſeu prouiſionis localis ꝓuiſum eſſet, quia ſtatuta ſunt obſeruāda, &

fiſcus